



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xxxv. Si conuerterit coxam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

guas bullas emittere, remoue paululum ab igne ollam, injice resinam puram, probe tritam, & moue, ne inter ebulliendum seuum effundatur. resinæ autem tantum accipiendum, quantum est seu. deinde accipe herbam, quam dicunt cynocheстam, viridem, cuius flos coactus liquorem ex se emittit; qui deinde in olla ad ignem bulliat, post reliquis admisceatur, quibus tum probe mixtis, canem inunges.

*Ad manantia oris ulcera, que Graci  
d<sup>o</sup>θas vocant.*

**H**Ordei farinam terito vna cum aceto. & vnge canem; post vero mundato diligenter. non obfuerit autem, si oleo vxeris.

*Si canis vngues abiiciat.*

**C**Yminum in os accipiēs mandito, mansum deinde in vnguem canis conspu: hoc si decem dies feceris, vnguis dubio procul succresceret.

*Si conuerterit coxam.*

**H**Ordei quod est purissimum pinsum; post, coriandri grana, crocum, ouum gallinæ, ac seuum quantum est satis, tere ac misce, lana deinde loco dolenti impo-

nito, atque insuper adipe suillo veteri inungito.

*Si poplitem loco mouerit.*

**R**Amos cuiuscunque etiam arboris coquito, & laua canem : post lotionem vero oleum vetus cum adipe suillo miscet, quibus locum affectum dolentemque inunxeris.

*Canis ut mutet pilos.*

**C**Alcem viuam & spumā argenti miscet, & quando instar mellis coaluerint, totum mensem fac canem inungas & pilos mutabit.

*Vt pili celeriter succrescant.*

**H**erbam genetum adurito, deinde adipe suillo, quantum sufficit, misceto : his quod iam reliquum est locum inungito.

*Canem candidum ut nigrum facias.*

**A**Tramentum metallicum, & succum stercoreis asinini, & seuum caprinum simul coque, atque his canem candidum diligenter inunge decem totos dies, atque dimittas; quia certo colorem mutabit.

Z ij